



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

IX. De falsis & falsum exponentibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

eorum iudices ordinarios tradere, & tradere, sub similibus penis tenerentur, & deberent, de novo statui, ordinariis huiusmodi, & declaravit. Et similiter quibusvis diocesis Legatis etiam de latere, ac Nunciis, & Provinciarum Rectoribus, necnon suis, & dictis Romanæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus, pro tempore existentibus, & prefatis communitatibus, omnem super abolitionis homicidiorum huiusmodi, per eum & predecessores suos ac sedem eandem, sub quavis forma & verborum expressione concessam, approbatam, & innovatam auctoritatem & facultatem revocavit, cassavit, irritavit, & annullavit. Et si quando similes abolitiones per eum, & successores suos Rom. Pontifices, & sedem prefatam concedi contingeret, illas per iudices & officiales, ad quos pertineret, nisi trina literarum Apostolicarum sub intervallo unius mensis pro singulis literis huiusmodi cum expressa derogatione, præfentium desuper emanarent, nullatenus admitti vel observari voluit, prout in singulis literis prædictis plenius continetur.

Cum autem statim ubi nos ad summi Apostolatus apicem divina cooperante providentia assumpti fuimus, ob servandam literarum non observationem in eisdem civitatibus, terris & locis, ac etiam in alma urbe nostra varias dissensiones, discordias, & odia vigeret, atrocissima & homicidia, atque nefandissima crimina perpetrari, ac præfatos Pium II. Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, Clementem, ac Pium IV. predecessores pro felici ac tranquillo statu & commodo personarum tam dicte urbis quam aliarum civitatum, terrarum & locorum prædictorum, præmissa statuisse, ordinasse & peregrisse perspeximus: Idcirco nos quoque eadem ratione quietis videlicet ac pacis mori, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris eisdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum unanimi consilio & assensu singularum Pii II. & Pauli, ac Sixti, necnon Iulii, & Leonis, & Pii IV. predecessorum iteris huiusmodi, eum statutorum, ordinatum, extensionum, ampliationum, revocationum, cassationum, irrationum, annullationum, decretorum, confirmationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, & mandatorum, omnibusque & singulis aliis in eis respective contentis clausulis, Apostolica auctoritate prædicta, tenore præfentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque, perpetuum & in violabilis firmitatis robur adicimus, ac omnibus & singulis, quos illa concernunt, penitus ac sub prædictis per contrasacientes irremissibiliter incurrendis penis observari volumus atque decernimus, eisdemque literas ad hoc, ut si homicidia, sicarii, banniti in civitatibus, terris, castris, & locis prædictis cuiquam damna aliqua intulerint, ipsique damnis taliter illatis, à civitatum communitatibus, ac terrarum, castrorum, & locorum huiusmodi universitatibus capri & deprehensi non fuerint, sed taliter delinquentes impune evaserint, communitates ac universitates huiusmodi præter hoc, quòd ad damnum quorumcumque sic illatorum parti læsæ, damna que huiusmodi patienti, eorumque hæredibus plenariam restitutionem & satisfactionem omnino teneantur ad tantandem quantum damna illata huiusmodi eximata fuerint, Cameræ Apostolicæ realiter & cum effectu persolvendum omnino sine astricti, auctoritate & tenore præfatis extendimus & ampliamus. Mandantes eisdem communitatibus & universitatibus, quatenus ipsæ in virtute sanctæ obedientiæ, & sub majoris excommunicationis, ac alius nobis, & pro tempore existentis Romano Pontifici beneficiis penis, eisdem faciosos & bannitos, in eorum civitatibus, castris, terris & locis commorantes, seu per eas & ea transientes, capere, & ad populum convocandum & coadiuvandum campanas pulsare, eosque sic captos ad carceres conducere, aut Curie temporalis consignare omnino teneantur. Rom. 3. Non. Jul. 1566.

Sixtus Quintus.

*In fidei, banniti, latrones, & homicidii æquissima constitutio, prout Pontificum decreta confirmantur.*

CAP. X.

**H**oc nostri Pontificatus initio inter multa Reipublicæ damna & incommoda, quæ menti nostræ obverfabantur, nobis longe fuit gravissimum, quod populus S. R. E. ditioni temporalis subiectus, non modo ad rerum, substantiarumque suarum perturbationem & iacturam, sed etiam vitæ periculum redactos invenimus, exulibus, bannitis, cæterisque id genus facinorosis hominibus, undique ingruentibus & grassantibus, ut vix quicquam ab hac hominum peste tutus alicubi consistere possit videatur. Quare cum ad hæc sananda mala, ex officio nostro debito, & præcipua erga nostros ac eisdem Rom. Eccl. subditos charitate assidue extimulatur, nihil non agere & tentare decernimus, quo populus optata quiete, salute, securitas & tranquillitas per nos restituatur. Quòd ita demum, Deo auxiliante, speramus nos esse consecutos, si eautè provideatur, ne illam domi forisq; intra extravasationes nostras criminosis hominibus huiusmodi pateat diffugium aut receptaculum, sed omnino legum & magistratum severitatem, iustitiam, gladium subire, ac debitas penas luere cogantur.

Itaque de statum nostrorum consilio omnes & singulas constitutiones à seel. record. Pio II. Paulo etiam II. Sixto IV. Iulio similiter II. Leone X. Clemente VII. Iulio III. Pio etiam IV. Pio V. Greg. XIII. & quibusvis aliis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, suo cuiusque tempore in deservibile prædictarum & aliorum infra scriptorum hominum genus, pro temporis & criminum ratione editas, cum omnibus & singulis eis contentis, quoad ea quæ præfentibus non contrariantur, & excepta excommunicationis sententia, per eisdem constitutiones in illas contravenientes promulgata, quam ne animarum perniciem potius quam salutem adferat consultò tollendam & submovendam duximus, ex certa scientia nostra approbantes & innovantes, illarumque omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infereretur, præ expressis & inferis haberi volentes. Romæ primo Anno Pontificatus Sixti V.

**TITVLVS IX.  
DE FALSIS ET FALSVM EXPO-  
NENTIBVS.**

Innocentius VIII.

*Per sine qualitates & conditiones præsentientes, ut aliquod falsum consequatur, rei hoc obliqua tramite affectu fructu carceri.*

CAP. I.

**C**um, sicut non sine duplici tentia accepimus, nonnulli conscientie lux prodigi, & avaritie morbo laborantes, ut literas Apostolicas gratis expendant, & officiales debita eorum portione defraudent, in eisdem literis se nonnunquam venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut dilectorum filiorum abbreviatorum de majori præfidentia, seu literarum prædictarum scriptorum, necnon aliarum personarum quarumcumque, ex quarum qualitatibus & privilegiis sine antiqua consuetudine literas ipsas gratis expedire solent, nepotes, & quondam; germanos, inter dum verò familiares continuos commensales fuisse & esse affirmare, & ut tales in dictis literis se inscribi facere ac fecisse non verentur, cum revera tales non fuerint, in animarum suarum periculum ac officiorum Roman. curie non modicum præiudicium & gravamen: Nos fraudibus & deceptionibus huiusmodi prout nostro incumbit officio de remedio opportuno providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, omnes & singulos cuiuscumque status, gradus & conditionis fuerint, & quocumque nomine



nuncupentur, qui se Cardinalium, aut assistentium seu scriptorum eorumdem, aut aliarum personarum quarumcunque, ex quarum qualitatibus & privilegiis, five antiqua consuetudine literas ipsas gratis expediri solent, nepotes, seu germanos, aut familiares continuos commensales in eisdem literis nominaverint, cum revera tales non fuerint: excommunicationis sententia, a qua nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem, motis articulo excepto, ac satisfactione prava, absolvi non possint, auctoritate Apostolica per presentes innovamus. Et nihilominus concessiones & gratias in eisdem literis contentas quasque, ipsasque literas hacten' expeditas & expediendas, viribus omnino carere, eisque & eorum singulis in aliquo suffragari non potuisse, nec in futurum posse, movi, auctoritate & scientia similibus decernimus & declaramus, ac volumus quod mandatum, decretum, & declaratio nostra huiusmodi in Cancellaria Apostolica publicetur, & in illius libro describatur, & perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur. is. Aug. 1487.

Paulus Quartus.

*Qui personis interpositis beneficiorum provisionem venantur, aut ipsi in canonico examine offerunt, quo alterius ignorantia & imperitia factam probeant, fulsionem, suantur, excommunicantur.*

CAP. II.

Inter ceteras curas, quibus ex Apostolatus officio assidue urgemur & premimur, ea continue animo nostro fixa fuit, ut beneficia Ecclesiastica, praesertim curam animarum habentia, personis conferantur idoneis, quae velent & possent apud ea personaliter residere, scirentque eis laudabiliter deservire. Et ad hoc dilectos filios nostros Bernardinum sancti Matthaei Tranen. & Scipionem sanctae Potentiae de Pisis, ac Ioannem sancti Ioannis apud portam Latinam cardinalium, Reumanum, nuncupatos praesertim Cardinales, qui una cum venerabili fratre Francisco Episcopo Gebenen. Datario nostro distributionis & provisionis beneficiorum huiusmodi praesentem, jam dudum deputavimus. Verum cum audiamus, eosdem Cardinales & Datarium, licet in his eam, quam possunt, maiorem semper adhibuerint & indies adhibeant diligentiam, personas quibus beneficia ipsa conferenda sunt, super literatura examinando, de eorum vita & moribus, ac beneficiis per eos obtentis, aliisque ad praemissa faciendis accurate inquirendo, diversimode tamen circumveniri & falli, ac diversas eis fraudes in praemissis fieri, aliquibus se alios esse simulantibus, & tanquam tales se in examine supponentibus, & aliis beneficiis pro personis sibi cognitis, & id ignorantibus, ut postmodum cum eis beneficia etiam per simoniacam pravitatem contractate, & super eis pacisci possint: aliis beneficia tam pro se quam alii personis cum oblatione diversarum pensionum annuarum diversis personis, etiam familiaribus, continuis commensalibus nostris, aut aliis quos ipsi nobis gratos & acceptos esse existant, aut aliam pensionem annuam aut aliud commodum temporale ab eis consequendi, aliis beneficia ipsa pro seipsum animo & intentione, & interdum pacto expresse firmato, de eis postmodum in favorem aliorum, qui aliquando minus idonei, & non benemeriti existunt, cum simili pensione, aut commodo, aut sine illa, vel illo resignandis & dimittendis, maxima cum instantia obtinere procurantibus. Nos praemissis fraudibus & dolis, ac haereticis simoniaca quantum cum Deo possumus efficaciter occurrere volentes, Apostolica auctoritate, tenore praesentium statuimus, & ordinamus, atque decernimus, quod de cetero omnes & singuli, qui post publicationem praesentium in locis infra scriptis faciendam, occasione beneficiorum obtinendorum se alios esse simulaverint, & tanquam tales se in examine supposuerint, aut beneficia pro personis idoneis, seu pro se vel pro aliis cum oblatione ali-

cujus pensionis annus, aut pro alio, cum possessione annuam, aut alium quantumvis modicum temporalem commodum ab eis consequendi, vel pro seipsum paliter, animo & intentione ea postmodum in favorem aliorum, etiam quantumvis idoneorum & benemeritorum, cum simili pensione aut commodo, ac commutatione resignandi, obtinere procuraverint, capientes, fructus, gradus, ordinis & conditionis eorum, etiam literas ipsas, seu alia maiori dignitate Ecclesiastica, vel Cardinalatus honore, seu mundana, etiam Regia, Ducali, seu Marchionali praerogativa praesulgeant, excommunicationis & anathematis, ac maledictionis aeternae sententiam, a qua nisi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, praeferre quam in mortis articulo confiteri, absolvi nequeant, necnon privationis omnium & singularium beneficiorum Ecclesiasticorum omnium & singularium, etiam titularium & quorumvis ordinum regularium, per totum titulum vel commendam, aut alias quomodolibet tenentorum, & inhabilitatis ad illa & alia in possessionem obtinenda poenam, eo ipso ab eis, alia desuper fructus, & extrajudicialiter, quod ipsi contra tenorem praesentium aliquid fecerint, per curiam causam Cameracensem, vel quocumque locum, quod ipsi contra tenorem praesentium generalium auditorum seu vice auditorum, vel quocumque locum tenentem pro talibus & ut tales publicari possint, & nihilominus, sic, ut praesertim, obtentis provisionibus commenda, aliaque dispensationes nullae sint, nec in futurum, nullumque, alicuius in ipsis beneficiis, postquam, beneficium, nec aliquis eorum vigore fructus suos faciat, sed ad eorum restitutionem teneantur, postquam, beneficium, tam si impetrata quam per eos ante obtenta, tanquam mala praemissa vacantia, a nobis & Romano Pontifice pro tempore existente dntaxat libere impetrari volumus, ordinatum, & decretum nostra auctoritate, etiam quoad monasteria monialium, & alia beneficia, quae moniales aut alias mulieres obtineri solent, loca habent. Leo Decimus.

*Superscripta sunt literae per fulsionem venantur, quae in praesentibus litteris impetratae.*

CAP. III.

In harenodo a vestigiis praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, sicut non absque gravi diffinitione accepimus, nonnulli anime sine proferri, & in tanto morbo laborantes, ut literas Apostolicas gratis expendant, & Romanis Curiae officialibus eorum pro tempore defraudent, in eisdem literis nonnullum quendam excommunicationis nostrorum & R. E. Vicecancellarium, & alium Cardinalium, aut dilectissimi filium Abbatem, quocumque minoris praesentia, seu literarum praesentiarum, quocumque, necnon aliarum personarum quarumcunque, quocumque qualitatibus & privilegiis, five ante qua commensales, literas ipsas gratis expedire solent, nepotes, & quodque germanos, interdum vero familiares continuos commensales fuisse & esse affirmare, & ut talia in eisdem literis se inseribi facere & fecisse non verentur, cum revera tales non fuerint, in animarum suarum perniciem, & officiorum eiusdem Rom. Curiae non modicum periculum & gravamen. Nos igitur, transmissis & exceptionibus huiusmodi, prout nostro in articulo expresso, ad remedium opportuno providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, omnes & singulos quoscumque, statim quomodolibet conditionis fuerint, & quocumque nomine quocumque, qui se Vicecancellarii, aut aliorum Cardinalium, vel abbatiorum, seu scriptorum eorumdem, aut aliarum personarum quarumcunque, ex quarum qualitatibus & privilegiis, five ex antiqua consuetudine literas ipsas in toto vel in parte gratis expedire solent, sequantur.

*a Convenit haec constitutio cum ea quae Innocentio papa octavo remissa est.*



fratres, aut familiares continuos commensales in eisdem literis etiam motu proprio concessis nominaverint, si re vera tales nepotes, aut fratres, vel familiares continui commensales non fuerint, necnon officiales praesentis officii procurantes, seu permittores, excommunicationis sententiam, à qua non nisi per Romanorum Pontificem pro tempore existentem (articulo mortis excepto, ac deinde satisfactione praevia) absolvi possint, auctoritate Apostolica per praesentes innodamus, eosque excommunicationis sententiam huiusmodi in dictum emanantem exnunc, prout exnunc, & contra incurrisse declaramus, & pro talibus publicè iudicari mandamus: Ac ipsos officiales procurantes seu permittores huiusmodi, à suorum officium perceptione emolumentorum per continuam, ultra alias poenas quos propterea incurrent, omnino suspendimus. Et nihilominus concessiones & gratias in eisdem literis contentas quascunque, ipsasque literas hactenus tam per Cancellarium, quam Cancellariam expeditas & expediendas, viribus omnino careat, eisque quos concernunt, & eorum singulis in aliquo suscipiari non potuisse, neque in futurum posse, sed omnino irreptitias, invalidas & nullas fuisse, esse & fore, sicque per quoscunque Iudices, etiam sanctae Ro. Ecclesiae Cardinales, ac sacri Palatii Apostol. auditores in quacunque instantia, sub lata eis, & eorum cultibet quavis aliter interpretandi & iudicandi facultate, interpretari, & iudicari debere, ac irritum & inane quicquid secus super his quavis auctoritate, etiam per nos & successores nostros Romanos Pontifices, qui pro tempore fuerint, scienter vel ignoranter conigerit attentari, motu & scientia similibus decernimus & declaramus: Ac volumus quòd mandatum, decretum, & declaratio nostra huiusmodi in Cancellaria Apostolica publicetur, & in illius libro describantur, ac perpetuis futuris temporibus observentur. Rom. 20. Febr. 1577.

Sixtus Quintus, ex bulla cenae Domini.

Excommunicantur adulterantes & falsificantes literas Apostolicas.

CAP. IV.

Excommunicamus & anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, & in forma brevis, ac supplicationis gratiam vel iustitiam continentium, per Romanum Pontificem vel sanctae Romanae Ecclesiae vicecancellarium, seu gerentes viceseorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontificis signatorum, aut sub nomine eiusdem Romani Pontificis, seu vicecancellarii aut gerentium vices praedictorum signantes supplicationes eadem. Extendentes constituti. facili recordationis Innocentii Papae III. quae incipit: Ad falsariarum. cum omnibus poenis in ea contentis, ad falsificantes seu mutantis supplicationes per nos seu de mandato nostro signatas & datas, sine nostra aut Datarum nostri licentia.

TITVLVS X.

DE AMBITV.

Paulus Quartus.

Quo plus altiora & sanctiora sunt honorum insignia, eo mitius & modestius homines ambire decet. Pontificatus itaque electi inter amicos suos vacantem procurant, & suffragia venant, excommunicantur, & ab omnibus dignitatibus abdicantur.

CAP. I.

Quum secundum Apostolum, nemo debeat sibi honorem assumere, sed qui tanquam Aaron vocatur à Deo, facile ab omnibus iudicari potest, quam graviter excedant, erent, & peccent, qui tam inferiores quam superiores dignitates Ecclesiasticas, & ipsam denique beati Petri sedem, ac Apostolicam dignitatem culmen & apicem à Deo optimo Maximo, à quo omnia bona procedunt, nulla priorum humana ope, nec cuiusvis au-

xilio, consilio, vel favore interveniente, provenire non arbitrantur, sed illas tanquam venales, aut alias in dispositione mortalium concessitas, diversis modis & medijs ambire & assequi, seu potius usurpare praesumunt.

Nam ut Romanus & cuiuslibet alterius, tam ante, quam post Domini Dei & redemptoris nostri Iesu Christi in terris adventum, bene instituta reipublica de ambitu & contra ambitus reos sanctissime promulgatas, & inviolabiliter observatas leges, ad praesens omittamus, nonne huiusmodi detestabile ambitus scelus, etiam iure divino gravissime puniatur, cum Absalon, qui regnum genitoris sui adhuc viventis ambiebat, ex multo cui incederat elevatus, capillis capitis sui quercui suspensus remansit, & à Iob tribus lanceis in corde transfixus fuit? Nonne illud sacrorum Conciliorum à sancta Dei Ecclesia recessitatur & punitur, cum quemcumque Presbyterum, aut diaconum, seu clericum, qui Papa incolumi, & eo inconsulto, subscriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pignora promittere, seu sacramentum praerere tentaverit, aut aliquid suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventiculis factis aliquid deliberare & decernere praesumpserit, loci sui dignitate & communione privandum, anathematisque poena plectendum censetur, & propter occultas fraudes, & conjunctionum huiusmodi secretas insidias, si quis harum actionum participes, consilio eorum, qui de Pontificatu agunt ambitu, ad notitiam Ecclesiae deferat, & rationali probatione convincat, eum non solum ab omni culpa purgatum remanere, verum etiam remuneratione non indigna sublevari velit, & statuat, & exinde non modo sacrorum canonum, sed etiam secularium legum interpretes peritissimos, ambientes Papatum, aut super eo Papa vivente, & inconsulto, tractantes, seu conventiculis facientes, crimen laesae maiestatis in primo capite, & simoniae haereticos incurere decreverint non sine clara & aperta ratione, cum omnis tractatus de loco, dignitate, & bonis aliquis viventis, eo non consentiente, ab utroque iure prohibeatur, & reproberur: praesertim cum inde praestitutorum captanda mortis, quòd sacri canones & venerandae leges passim abhorrent & detestantur. Accedit quòd cum inter Pontificem & Ecclesiam contrahatur spirituale conjugium, quòd fortius est carnali, gravissima poena ex utriusque juris censura imponuntur iis, qui constanti matrimonio, de alio conjuge tractare praesumunt. Quare cum peccatis ingentibus, plures indies beati Petri ledem, nobis viventibus & inconsultis, ambire, & conventiculis superinde facere dinoscantur, & ad hoc suffragia S. R. E. Cardinalium obtinere, & quodam modo subharrare procurant & fatigant.

Nos cupientes huiusmodi detestabile ambitus, & illi conjuncta simoniae haereticos, & laesae maiestatis crimina, non solum nostris, sed etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum, pro tempore existentium temporibus perpetuo abolere, & non solum ex usu, sed etiam ex mentibus hominum, praesertim in electione Romani Pontificis, qui Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi in terris Vicarius existit, radicitus evellere, & in praemissis pro tanta rei necessitate, & periculi magnitudine, ut tenemus, salubriter providere, habita super hactenus venerabilibus fratribus nostris ipsius sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio & unanimi assensu, hac nostra perpetua valitura constitutione, Apostolica auctoritate, & de nostra Apostolica potestatis plenitudine, omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac privationis, & quavis alias sententias, censuras, & poenas dudum à Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, aut sacris Conciliis, seu sanctorum Patrum nostrorum decretis, statutis, capitulis, canonibus, constitutionibus, & ordinationibus contra sic ambientes quomodolibet